Feria Secunda ante Festum Sancti Mathiae Apostoli proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Secundo. 22/II

Maytkowski, Jlnickiemu Donat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensis Capitanealis Premysliensis Nobilis Hryc Matkowski Cherezulicz Nobilis olim Wasko Matkowski Cherezulicz filius sanus mente et corpore existens à Terrestribus districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet secum successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subyciendo palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipse bona sua propria et haereditaria infrascripta videlicet certam sortem bonorum suorum se Recognoscentem postfata olim parentis sui inter alios consuccessores Jure diuino et naturali successione concernens in bonis villa Matkowo terra et districtu praesenti Premysliensi iacens et consistens cum omnibus bonorum eorundem seu sortis praefata Jure dominio proprietate tituloque haereditario cumque omnibus et singulis bonorum eorundem Vtilitatibus fructibus prouentibus reditibus commodis emolumentis et obuentionibus quibusuis tam agris fundis pratis campis pascuis pascuarys siluis gays nemoribus piscinis aquis aquarum decursibus torrentibus fluminibus attinentysque et pertinentys generaliter vniuersis nihil ex Conuictis Juris dominy proprietatis haereditatis aut cuiuslibet competentiae et praerogatiuae pro se Recognoscente suisque successoribus aut quopiam alio reseruando seu eximiendo sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis generi per speciem et è contra in nullo derogando verum ita late longe circumferentialiterque prout praefatorum bonorum haereditas se in suis metis 974

et limitibus ab antiquo extendit et protenditur et prout
eadem bona ipsemet Recognoscens tenuit habuit et posside
bat ipsumque concernebant ac eidem legitime serviebant
iam ex nunc et de facto Nobili Petro Ilnicki Nobilis olim
Pauli Ilnicki Hryczkowicz filio et eius Successoribus de
dit donavit inscripsit et resignavit prout dat donat
ac titulo puro mero perpetuo ac irrevocabilis do
nationis inscribit et resignat perpetuo et in suum
irrevocabiliterque in quae quidem bona suprascripta praesenti
bus donata idem Recognoscens Nobilis Matkowski Wiecu
licz praenominato Nobili Petro Ilnicki Hryczkowicz dona
tario suo eiusque posteris iam ex nunc et de facto coram
officio praesenti dat et admittit realem intromissionem
et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem quem
cunque competentem et Nobiles duos die quacunque volue
rit officiose acceptandam per praefatum Donatarium suum
et eius posteros bona eadem praesentibus donata et resigna
ta cum omnibus eorundem utilitatibus et emolumentis
competentiisque et praerogativa quavis tenendi habendi et
possidendi illisque quiete et pacifice utifruendi ad usus
suos et suorum successorum quosvis beneplacitos libere
et effectualiter convertendi, debetque et tenebitur memoratus
Recognoscens prout se ac suos Successores in et super
bonis suis suis generaliter omnibus ac summis pecu
niarys quibusvis habitis et habendis memorato Dona
tario suo et eius Successoribus inscribit et obligat
praesentibus ipsum Donatarium suum et eius Successores
in dictis bonis praesentibus donatis et ratione eorundem
ab omni et quavis impetitione iuridica quarumcunque
personarum cuiuscunque conditionis status et sexus
cuiusvis existens exorituris per omnes praescriptiones
Terrestres prout ad quamlibet personam Terris spectat
et pertinet praescriptio in omni iudicio et officio Re
gni semper toties quoties opus fuerit tueri defen
dere evincere intercedere et eliberare indemnemque
cum posteris reddere, Nec non hace eadem bona praesentibus

donata et resignata ab omnibus in genere Iuribus et in
scriptionibus prioribus et posterioribus super eadem bona
pntia donata modo quovis cuicunq personarum factis
et faciendis, Tum etiam a quibusuis Citationibus in eadem
bona modo quovis importt et importand Lucris denique
et pertinentis processibusq iuris quibusuis in quocunque
puncto et gradu Iuris dependent in quovis Iudicio et
officio Regni obtentis et obtinendis ac super eisdem bo
nis pntibus donatis modo quovis perductis et per
ducendis emundare et eliberare mundaq et libera
semper facere Ac etiam Intromissionem pfatam Coram
officio pnti admissam in fundo bonorum pfatorum
pntibus resignatorum dum per Mniatem et Nobil
suos officiosel requiret non denegare imo debebit
et tenebit eandem libere et effectualiter dare et
admittere dataq et admissa eadem possessionem et Usum
Fructum Emissorum omnium pntibus resignatorum
tam per se quam per suas quasuis submissas et subor
dinatas personas non oppugnare nec adimere ipsumq
Donatarium suum et eius Successores nullomodo tam
in toto quam in quavis minima parte non iniuriari ita
ut eadem bona pntibus resignata cum omnibus eors
Utilitatibus et emolumentis competentiaq et Proga
tiua quavis idem Recognoscens cum suis Successori
bus quiete et pacifice inscriptionis pntis donata
rias vigore tenere habere et possidere illisq uti frui queat
et possit Idq sub damnis Terrestribus simpliciter absq
corporali Iuramento taxandis et edicendis per pfa
tum recognoscentem sive eius Successores memora
to Donatario suo vel eius Successoribus ob non Com
pletionem Emissorum omnium et singulorum tam
in toto quam in quavis minima parte toties quoties
opus fuerit ad soluendum succumbendis Pro quibus
quidem damnis Terrestribus simpliciter sine corporali
Iuramento taxandis et edicendis ac re aliqua principali

ex praemissis non completa complenda Citatus Existens memoratus Recognoscens Nobilis Hryc Mathowski lwiezulicz aut eius posteri ad Instantiam Nobilis Petri Plnicki Hryczkowicz Donatary sui sive eius successorum ad officium praesens Castrense Capitanale Premysliense extunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Iuri parere respondere dam̄na praetacta Terrestoria luere inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes, Causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Evictorem vel alys quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praetera ultra proximos officij praefati praesentis Castrensis Capitanalis Premysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalys Iuris praescriptione Terri bello conventione ac alys omnibus Iuris remedys et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo Itae sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Turzanski Ostrorogowey Cedit.

974 Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanalibus Premysliensibus Generosus Alexander Turzanski sanus mente et corpore existens a Terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propri